

dimus paulò antè, opem tulerat : tanta varietas in iis temporibus fuit fortunæ, ut modò hi, modò illi in summo essent aut fastigio ¹ aut periculo. Habebat secum Q. Gellium Canum, æqualem, simillimumque sui. Hoc quoque sit Attici bonitatis exemplum, quòd cum eo, quem puerum in ludo ² cognoverat, adèd conjunctè vixit, ut ad extremam ætatem amicitia eorum creverit. Antonius autem, etsi tanto odio ferebatur ³ in Ciceronem, ut non solum ei, sed omnibus etiam ejus amicis esset inimicus, eosque vellet proscribere, multis hortantibus, tamen Attici memor fuit officii ⁴, et ei, cum requisisset ubinam esset, suâ manu scripsit, ne timeret, statimque ad se veniret : se eum, et Gellium Canum, de proscriptorum numero exemisse. Ac, ne quod periculum incideret, quòd noctu fiebat ⁵, præsidium ⁶ ei misit. Sic Atticus ⁷ in summo timore, non solum sibi, sed etiam ei, quem carissimum habebat, præsidio fuit. Neque enim suæ solum ⁸ a quoquam auxilium petiit salutis, sed conjunctim ⁹; ut appareret, nullam sejunctam sibi ab eo velle fortunam ¹⁰. Quòd si gubernator ¹¹ præcipuâ laude fertur, qui navem ex hieme ¹² marique scopuloso servat, cur non singularis ejus existimetur prudentia, qui ex tot tamque gravibus procellis civilibus ¹³ ad incolumitatem ¹⁴ pervenit?

XI Quibus ex malis ut se emerit ¹⁵, nihil aliud egit, quàm ut plurimis, quibus rebus posset, esset auxilio. Cum proscriptos præmiis ¹⁶ imperatorum vulgus conquereret, nemo in Epirum ¹⁷ venit, cui res ulla defuerit : nemini non ibi perpetuò

¹ Fastigio, ó en la cumbre de la fortuna. ² In ludo, en la escuela, desde que eran condiscipulos. ³ Ferebatur, se dejaba arrear. ⁴ Officii, de los buenos oficios y cortesía que usó con Fulvia su mujer. ⁵ Quòd noctu fiebat, porque el presentarse á Antonio había de ser de noche. ⁶ Præsidium, escolta. ⁷ Sic Atticus, de esta manera Atico, no solamente se libertó á sí mismo de tan gran temor, mas también á aquel á quien quería entrañablemente. ⁸ Suæ solum, solamente para su bien y conservación. ⁹ Sed conjunctim, sino juntamente para ambos. ¹⁰ Nullam fortunam, que queria correr la misma fortuna que él. ¹¹ Gubernator, piloto. ¹² Ex hieme, de la tempestad y escollos del mar. ¹³ Civilibus, de guerras civiles. ¹⁴ Ad incolumitatem, llegó á salvo.

XI. ¹⁵ Se emerit, luego que se vió libre. ¹⁶ Præmiis, por el premio que ofrecieron los emperadores. ¹⁷ In Epirum, á los que fueron al Epiro no faltó cosa alguna, y tuvieron la libertad de quedarse allí toda su vida...

manendi potestas facta est. Quin etiam post prælium ¹ Philippense, interitumque C. Cassii et M. Bruti, L. Julium Mocellam prætorium ², et ejus filium, Aulumque Torquatam, ceterosque pari fortunâ ³ percussos, instituit tueri, atque ex Epiro ⁴, his omnia Samothraciam supportari jussit. Difficile enim est omnia per se qui, et non necessaria. Illud unum intelligi volumus, illius liberalitatem neque temporariam ⁵, neque callidam ⁶ fuisse. Id ex ipsis rebus ac temporibus judicari potest : quòd non florentibus ⁷ se venditavit, sed afflictis semper succurrit : qui quidem Serviliam, Bruti matrem, non minùs post mortem ejus, quàm florentem, coluerit. Sic liberalitate utens, nullas inimicitias gessit : quòd neque lædebat quemquam, neque, si quam injuriam acceperat, non malebat ulcisci quàm oblivisci. Idem immortalis memoriâ percepta retinebat beneficia ; quæ autem ipse tribuerat, tamdiu meminerat, quoad ille gratus erat qui acceperat. Itaque hic fecit, ut verè dictum videatur : Sui cuique ⁸ mores fingunt fortunam. Neque tamen ⁹ priùs ille fortunam, quàm se ipse finxit : qui cavet ¹⁰, ne quâ in re plecteretur.

XII. His igitur rebus effecit, ut M. Vipsanius Agrippa, intimâ familiaritate conjunctus adolescenti Cæsari, cum propter suam gratiam ¹¹ et Cæsaris potentiam, nullius conditionis ¹²

¹ Post prælium, despues de la batalla de Filipos (ciudad de la Macedonia, donde murieron Bruto y Casio). ² Prætorium, que habia sido pretor. ³ Pari fortunâ, á quienes habia tocado igual desgracia. ⁴ Atque ex Epiro, y mandó que desde el Epiro les llevasen todo cuanto necesitasen á la Samotracia (isla de la Tracia sobre los confines del mar Egeo, hoy Samandrachi). ⁵ Neque temporariam, ni era en ciertos tiempos y ocasiones, quando le podía traer interes. ⁶ Neque callidam, ni maliciosa. ⁷ Quòd non florentibus, porque no hizo ostentacion de su liberalidad con los, etc. ⁸ Sui cuique, que las costumbres fabrican á cada uno su fortuna. ⁹ Neque tamen, aunque él no fabricó la suya ántes de formarse á sí mismo. ¹⁰ Qui cavet, él cuidó de que no le pudiesen tachar en cosa alguna.

XII. ¹¹ Suam gratiam, por su valimiento y buenas prendas personales, y por el poder de César su amigo. ¹² Nullius conditionis, teniendo en su mano el emparentar con cualquiera de las personas de mas calidad...

Cæsari. esto es, César Augusto, entónces jóven.

non haberet potestatem, potissimum ejus diligeret affinitatem præoptaretque¹ equitis Romani filiam generosarum nuptiis : atque harum nuptiarum conciliator fuit² (non est enimcelandum) M. Antonius, triumvir reip. constituendæ, cujus gratiâ cum augere possessiones posset suas, tantum abfuit a cupiditate pecuniæ, ut nulla in re usus sit eâ, nisi in deprecandis³ amicorum aut periculis aut incommodis. Quod quidem sub ipsâ proscriptione⁴ perillustre fuit. Nam cum L. Saufeii, equitis romani, æqualis sui, qui complures annos studio ductus philosophiæ Athenis habitabat, habebatque in Italiâ pretiosas possessiones, triumviri bona vendissent, consuetudine⁵ eâ, quâ tum res gerebantur ; Attici labore atque industriâ factum est, ut eodem nuntio Saufeius fieret certior, se patrimonium amisisse, et recuperâsse. Idem L. Julium⁶ Calidum, quem, post Lucretii Catullique mortem, multo elegantissimum poetam nostram tulisse ætatem verè videor⁷ posse contendere, neque minus⁸ virum bonum, optimisque artibus eruditum, post proscriptionem equitum, propter magnas ejus africanas⁹ possessiones, in proscriptorum numerum a P. Volumnio, præfecto fabrùm Antonii, absentem relatum¹⁰, expedit. Quod in præsentem utrùm ei laboriosius, an gloriosius

¹ *Præoptaretque*, y prefiriese casar con Ática, hija de Pomponio, caballero romano, á las bodas de las familias mas ilustres, esto es, senatorias. ² *Conciliator fuit*, ajustó. ³ *Nisi in deprecandis*, sino en apartar de sus amigos los peligros ó las calamidades. ⁴ *Sub ipsâ proscriptione*, al tiempo mismo de la encartacion ó confiscacion. ⁵ *Consuetudine*, segun la costumbre que entónces reinaba. ⁶ *Idem expedit L. Julium*, el mismo Ático sacó libre á, etc. ⁷ *Verè videor*, me parece que puedo asegurar con verdad que ha sido el poeta mas elegante de nuestros tiempos. ⁸ *Neque minus*, sin dejar por eso de ser recomendable por su bondad é instruccion en las mejores artes. ⁹ *Africanas*, que tenia en el África. ¹⁰ *Absentem relatum*, á quien en ausencia puso en el número de los proscritos ó encartados.

Triumnir, uno de los tres sujetos lestinados para el arreglo de la república. Despues de la guerra de Mójena se unieron Antonio, Lépido y César con el especioso pretexto de poner en pié la república, pero en la realidad fué para hacerse dueños de

ella, como lo hicieron.

Præfecto fabrùm, comandante de la artilleria ó de los ingenieros de Antonio. Era el oficial que mandaba la gente empleada en las máquinas militares.

fuerit, difficile fuit judicare ; quòd in eorum periculis non secus absentes quàm præsentem amicos Attico esse curæ cognitum est.

XIII. Neque verò minus ille vir, bonus pater familias habitus est, quàm civis. Nam cum esset pecuniosus¹, nemo illo minus fuit emax², minus ædificator. Neque tamen³ non in primis bene habitavit, omnibusque optimis⁴ rebus usus est. Nam domum habuit in colle Quirinali Tamphilanum, ab avunculo⁵ hereditate relictam, cujus amœnitas⁶ non ædificio, sed silvâ constabat. Ipsum enim lectum⁷ antiquitus constitutum, plus salis quàm sumptus habebat : in quo nihil commutavit, nisi quid vetustate coactus est⁸. Usus est familiâ, si utilitate judicandum est, optimâ ; si formâ⁹, vix mediocri¹⁰. Namque in eâ erant pueri¹¹ litteratissimi, anagnostæ¹² optimi, et plurimi librarii ; ut ne pedisequus¹³ quidem quisquam esset, qui non utrumque horum pulchrè facere posset. Pari modo artifices ceteri, quos cultus domesticus¹⁴ desiderat, apprimè boni. Neque tamen horum quemquam, nisi domi natum, domique factum¹⁵ habuit : quod est signum non solum continentiæ, sed etiam diligentiæ. Nam non intemperanter¹⁶ concupiscere, quod a pluribus videas¹⁷, continentis debet duci et potius dili-

XIII. ¹ *Pecuniosus*, adinerado. ² *Emax*, ménos aficionado á hacer compras y obras que él. ³ *Neque tamen*, con todo no dejó de habitar una de las casas mas cómodas. ⁴ *Omnibusque optimis*, y de tener para el servicio de ella lo mas exquisito. ⁵ *Avunculo*, de su tío materno (Q. Cecilio). ⁶ *Cujus amœnitas*, cuya amenidad y belleza no tanto consistia en la fábrica, como en los jardines. ⁷ *Ipsum enim lectum*, porque aquella casa, hecha como estaba á la antigua, tenia mas de gusto que de coste. ⁸ *Coactus est*, esto es, *commutare*. ⁹ *Si formâ*, si por el exterior ó por su porte. ¹⁰ *Vix mediocri*, apenas podia pasar por mediana. ¹¹ *Pueri*, criados muy literatos. ¹² *Anagnostæ*, de excelentes lectores y muchos amanuenses. ¹³ *Ne pedisequus*, de manera que no habia criado alguno por infimo que fuese. ¹⁴ *Cultus domesticus*, servicio de una casa. ¹⁵ *Domum factum*, y educado en su casa. ¹⁶ *Nam non intemperanter*, pues se debe tener por prueba de moderacion no desear con demasiada ansia, como vemos hacer á los mas. ¹⁷ *Videas*, sup. *fieri*.

Colle Quirinali, en el collado Quirinal, uno de los siete sobre que está fundada Roma, así llamado por haber allí un templo dedicado á Rómulo, que llamaban tambien Quirino : hoy

Monte Caballo.

Tamphilanum, poseida ó fabricada antiguamente por un tal Taufilo.

gentiâ, quàm pretio parare¹, non mediocri est industriæ. Elegans² non magnificus; splendidus³, non sumptuosus; omni diligentia munditiem, non affluentiam affectabat⁴; suppellex modica, non multa, ut in neutram⁵ partem conspicui posset. Nec hoc præteribo (quamquam nonnullis leve visum iri putem): cum in primis lautus⁶ esset eques rom. et non parum liberaliter domum suam omnium ordinum⁷ homines invitaret, scimus non amplius quàm terna millia⁸ æris, peræquè⁹ in singulos menses, ex ephemeride¹⁰ eum expensum sumptui ferre solitum. Atque hoc non auditum, sed cognitum prædicamus¹¹. Sæpe enim propter familiaritatem domesticis rebus interfuimus.

XIV. Nemo in convivio ejus aliud acroama¹² audivit, quàm anagnostem: quod nos¹³ quidem jucundissimum arbitramur. Neque unquam sine aliquâ lectione apud eum cœnatum est: ut non minus animo quàm ventre convivæ delectarentur. Namque eos vocabat, quorum mores a suis non abhorrerent¹⁴. Cum tanta¹⁵ pecuniæ facta esset accessio, nihil de quotidiano cultu mutavit, nihil de vitæ consuetudine: tantaque usus est moderatione, ut neque in sestertio vices¹⁶, quod a patre acceperat, parum se splendide gesserit, neque in sestertio centies¹⁷ affluentius vixerit, quàm instituerat, parique¹⁸ fastigio steterit in utrâque fortunâ. Nullos habuit hortos, nullam suburbanam aut maritimam sumptuosam villam, neque in

¹ Parare, el proveerse de lo necesario. ² Elegans, limpio, pero sin magnificencia. ³ Splendidus, espléndido, pero sin demasiados gastos. ⁴ Affectabat, procuraba con todo estudio una limpieza que no tocara en superfluidad. ⁵ Ut in neutram, de modo que no se le podía notar ni de ser pocos ni de ser muchos los muebles. ⁶ In primis lautus, de los que mejor se trataban. ⁷ Ordinum, clases. ⁸ Quàm terna millia, unos dos mil reales. ⁹ Peræquè, igualmente. ¹⁰ Ex ephemeride, por el libro de gasto diario. ¹¹ Prædicamus, y esto lo digo no como cosa que he oido, sino visto.

XIV. ¹² Aliud acroama, otra armonia que la del lector. ¹³ Quod nos, lo que yo ciertamente juzgo mas gustoso. ¹⁴ Non abhorrerent, no desdecian, esto es, eran parecidas. ¹⁵ Cum tanta, habiéndose acrecentado tan considerablemente su caudal (por la herencia de su tio). ¹⁶ In sestertio vices, esto es, in vices centenis millibus sestertiorum, cuando tenia dos millones de sestercios. ¹⁷ Neque in sestertio centies, ni cuando se vió con diez millones de sestercios. ¹⁸ Parique, se mantuvo en el mismo tenor de vida.

Italiâ, præter¹ Ardeatinum et Nomentanum rusticum prædium: omnisque² ejus pecuniæreditus constabat in Epiroticis et urbanis possessionibus. Ex quo cognosci potest eum usum pecuniæ non magnitudine, sed ratione metiri solitum.

XV. Mendacium neque dicebat, neque pati poterat. Itaque ejus comitas non sine severitate erat, neque gravitas sine facilitate; ut difficile esset intellectu, utrum eum amici magis vererentur, an amarent. Quidquid rogabatur, religiosè³ promittebat: quòd non liberalis, sed levis arbitrabatur, polliceri quod præstare non posset. Idem in nitendo, quod semel admisisset, tantâ erat curâ⁴, ut non mandatam, sed suam rem videretur agere. Nunquam suscepti negotii eum pertæsum est. Suam enim existimationem in eâ re agi⁵ putabat; quâ nihil habebat carius. Quo fiebat, ut omnia M. et Q. Ciceronum, Catonis, Marii, Q. Hortensii, Auli Torquati, multorum præterea equitum rom. negotia procuraret. Ex quo judicari poterat, non inertia⁶ sed judicio fugisse reipubl. procuracionem.

XVI. Humanitatis verò nullum afferere majus testimonium possum, quàm quòd adolescens idem seni Sullæ fuerit jucundissimus, senex adolescenti M. Bruto: cum æqualibus autem suis Q. Hortensio et M. Cicerone sic vixerit, ut judicari difficile sit, cui ætati⁷ fuerit aptissimus. Quamquam eum præcipuè dilexerit Cicero, ut ne frater quidem ei Quintus carior fuerit, aut familiarior. Ei rei sunt indicio, præter eos libros in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgus sunt editi⁸, sexdecim volumina epistolarum ab consulatu ejus usque ad extremum tempus ad Atticum missarum: quæ qui legat, non

¹ Præter, à excepcion de las dos heredades que tenia en Ardea y Nomento (dos ciudades del Lacio). ² Omnisque, y toda la entrada de sus rentas consistia en las posesiones que tenia en el Epiro y Roma.

XV. ³ Religiosè, con miramiento. ⁴ Tantâ erat curâ, era tan eficaz en mantenerse en aquello en que una vez se habia empeñado. ⁵ In eâ re agi, que en eso le iba. ⁶ Non inertia, que no por desidia, sino por prudencia, huyó del gobierno de la república.

XVI. ⁷ Cui ætati, à qué edad se acomodaba mejor. ⁸ In vulgus editi, que se han publicado...

Volumina. Los antiguos escribian en cortezas de árboles ó en pergaminos que envolvian en un palito redondo que solia ser de cedro. ^{de}

boj, de marfil ó de otra materia, y á esto así envuelto llamaban volumina.

multum desideret historiam contextam ¹ eorum temporum. Sic enim omnia de studiis ² principum, vitis ducum, ac mutationibus republ. perscripta sunt, ut nihil in iis non appareat: ut facile existimari possit, prudentiam quodammodo esse divinationem. Non enim Cicero ea solum, quæ vivo se acciderunt, futura prædixit; sed etiam quæ nunc usu veniunt, cecinit ut vates ³

XVII. De pietate ⁴ autem Attici quid plura commemorem? cum hoc ipsum verè gloriantem audierim in funere matris suæ, quam extulit ⁵ annorum nonaginta, cum esset ⁶ septem et sexaginta, se nunquam cum matre in gratiam rediisse ⁷, nunquam cum sorore fuisse in similitate ⁸, quam propè ⁹ æqualem habebat. Quod est signum, aut nullam unquam inter eos querimoniam intercessisse, aut hunc eam fuisse in suos indulgentiã, ut, quos amare deberet, irasci eis nefas duceret. Neque id fecit naturã ¹⁰ solum, quamquam omnes ei paremus ¹¹, sed etiam doctrinã. Nam et principum philosophorum ita percepta habuit præcepta, ut iis ad vitam agendam ¹², non ad ostentationem uteretur.

XVIII. Moris etiam majorum summus imitator fuit, antiquitatisque amator: quam ad eò ¹³ diiigenter habuit cognitã, ut eam totam in eo volumine exposuerit, quo magistratus ornavit ¹⁴. Nulla enim lex, neque pax, neque bellum, neque res illustris est populi romani, quæ non in eo ¹⁵ suo tempore ¹⁶ sit notata: et, quod difficillimum fuit, sic familiarum originem subtexuit ¹⁷, ut ex eo clarorum virorum propagines ¹⁸ possimus cognoscere. Fecit hoc idem separatim in aliis libris;

¹ Contextam, seguida. ² Studiis, inclinaciones, pasiones. ³ Cecinit ut vates, pronosticó como adivino.

XVII. ⁴ De pietate, acerca del amor de Ático á los suyos. ⁵ Extulit, enterró, habiendo muerto de edad de 90 años. ⁶ Cum esset, teniendo él 67. ⁷ Rediisse, nunca tuvo que reconciliarse con su madre, esto es, nunca la ofendió. ⁸ Similitate, enojo alguno con su hermana. ⁹ Quam propè, que era casi de su misma edad. ¹⁰ Naturã, por su genio. ¹¹ Paremus, estamos sujetos. ¹² Ad vitam agendam, para arreglar por ellos sus acciones.

XVIII. ¹³ Quam ad eò, de la cual tenía tanto conocimiento. ¹⁴ Ornavit, puso por su orden ó ilustró las magistraturas. ¹⁵ In eo, en aquel libro. ¹⁶ Suo tempore, segun el orden de los tiempos. ¹⁷ Subtexuit, entretejó. ¹⁸ Propagines, las ramas...

ut, M. Bruti rogatu, Juniam familiam a stirpe ¹ ad hanc ætatem ordine enumeraverit, notans ², qui a quo ortus, quos honores, quibusque temporibus cepisset: pari modo Marcelli ³ Claudii, de Marcellorum: Scipionis Cornelii, et Fabii Maximi, de Corneliorum, et Fabiorum, et Æmiliorum quoque: quibus libris nihil potest esse dulcius iis, qui aliquam cupiditatem habent notitiæ clarorum virorum. Attigit quoque ⁴ poeticem, credimus, ne ejus expertus ⁵ esset suavitalis. Namque versibus, qui honore rerumque gestarum amplitudine ceteros romani populi præstiterunt, exposuit ⁶; ita ut sub singulorum ⁷ imaginibus, facta magistratusque eorum non amplius quaternis ⁸ quinisque versibus describeret, quod vix credendum sit, tantas res tam breviter potuisse declarari. Est etiam unus liber græcè confectus de consulatu Ciceronis. Hactenus Attico vivo edita ⁹ a nobis sunt

XIX. Nunc quoniam fortuna nos superstites ¹⁰ ei esse voluit, reliqua ¹¹ persequemur: et, quantum poterimus, rerum exemplis lectores docebimus, sicut supra significavimus, suos cuique mores plerumque conciliare fortunam. Namque hic contentus ordine equestri, quo erat ortus, in affinitatem pervenit imperatoris divi Julii filii; cum jam ante familiaritatem ejus esset consecutus, nullã aliã re quã elegantia vitæ ¹², quã ceteros ceperat principes civitatis, dignitate pari, fortunã humiliore. Tanta enim prosperitas Cæsarem est consecuta, ut nihil ei non tribuerit fortuna, quod cuiquam antè detulerit

¹ Stirpe, desde su tronco hasta nuestros dias. ² Notans, notando de quién era hijo cada uno, qué empleos honoríficos había tenido, y en qué tiempo. ³ Marcelli, sup. rogatu. ⁴ Attigit quoque, también se dió algun tanto á. ⁵ Ne ejus expertus, para no quedar privado de su dulzura. ⁶ Exposuit, celebró en verso. ⁷ Sub singulorum, al pié de los retratos de cada uno. ⁸ Quaternis, en cuatro ó cinco versos. ⁹ Edita, todo lo hasta aquí dicho lo publicó en vida de Ático.

XIX. ¹⁰ Superstites, le sobreviviese. ¹¹ Reliqua, proseguiré lo que resta. ¹² Elegantiã vitæ, por el porte de su vida, con el cual se había granjeado la gracia de los otros principales de Roma, de mérito igual á César, pero inferiores en fortuna...

Imperatoris, del emperador Augusto, hijo del divino Julio César. Dice divino porque los antiguos poían en el número de los dioses á los

hombres grandes después de su muerte. Llamaban á esta solemnidad apoteosis ó deificación

et conciliárit¹ quod nemo adhuc civis Romanus quivit con-
sequi. Nata est autem Attico neptis² ex Agrippá, cui virginem³
filiam collocárat. Hanc⁴ Cæsar vix anniculam⁵, Tiberio
Claudio Neroni, Drusillá nato⁶, privigno suo⁷, despondit:
quæ conjunctio⁸ necessitudinem eorum sanxit, familiarita-
tem reddidit frequentiore.

XX. Quamvis ante hæc sponsalia, non solùm cum ab urbe
abesset, nunquam ad suorum quemquam litteras misit, quin
Attico mitteret, quid ageret⁹, in primis quid legeret, quibus-
que in locis, et quamdiu esset moraturus; sed et cum esset in
urbe, et propter suas infinitas occupationes, minùs sæpe quàm
vellet Attico frueretur, nullus dies¹⁰ temere intercessit, quo
non ad eum scriberet, quo non aliquid de antiquitate ab eo
requireret, modò aliquam ei quæstionem poeticam proponeret,
interdum jocans¹¹ ejus verbosiones eliceret epistolas. Ex quo
accidit, cum ædes Jovis Feretrii, in Capitolio¹² ab Romulo
constituta, vetustate atque incuriá detecta¹³ prolaberetur, ut
Attici admonitu Cæsar eam reficiendam curaret. Neque verò a
M. Antonio minùs absens litteris colebatur: adeò, ut accuratè
ille ex ultimis terris, quid ageret, quid curæ sibi haberet, certio-
rem faceret Atticum. Hoc quale sit, faciliùs existimabit is, qui
judicare poterit, quantæ¹⁴ sit sapientiæ eorum retinere usum¹⁵

¹Conciliávit, y le granjeó. ²Neptis, tuvo Alico una nieta de Agripa.
³Cui virginem, con quien habia casado una hija suya doncella.
⁴Hanc, á esta (nieta de Atico, hija de M. Vipsanio Agripa). ⁵Vix
anniculam, cuando apénas tenia un año. ⁶Nato Drusillá, hijo de
Livia Drusila (que fué primero mujer de Drusio Neron, y despues
de César Augusto). ⁷Privigno suo, hijastro suyo. ⁸Conjunctio, el
cual parentesco aňanzó mas la estrecha amistad entre Atico y Oc-
tavio, é hizo mas frecuente su trato.

XX. ⁹Quid ageret, preguntándole en qué se empleaba. ¹⁰Nullus
dies, sin embargo no se le pasó ni aun por descuido dia alguno.
¹¹Interdum jocans, chanceándose á veces para hacer con esto que
le escribese mas largo. ¹²In Capitolio, que Rómulo habia fabri-
cado en el Capitolio (uno de los siete collados de Roma). ¹³Detecta,
sin techo. ¹⁴Quantæ, cuánta cordura es menester. ¹⁵Usum, para
conservar el trato y correspondencia de aquellos dos sugetos (de
César y Antonio)...

Ædes, el templo de Júpiter Fere-
trio, llamado así del verbo fero, por-
que á él eran llevados los mejores
despojos de los enemigos.

benevolentiamque, inter quos maximarum rerum non so-
lùm æmulatio¹, sed obtrectatio tanta² intercedebat, quan-
tam fuit³ incidere necesse inter Cæsarem atque Antonium,
cùm se uterque principem, non solùm urbis romanæ, sed
orbis terrarum esse cuperet.

XXI. Tali modo cum septem et septuaginta annos com-
plisset, atque ad extremam senectutem non minùs dignitate⁴
quàm gratiá fortunæque crevisset (multas enim hereditates
nullá aliá re quàm bonitate est consecutus), tantæque prosperi-
tate usus esset valetudinis, ut annis triginta mediciná non
indiguisset, nactus est morbum⁵, quem initio et ipse et medici
contempserunt: nam putarunt esse tenesmon⁶, cui remedia ce-
leria faciliaque⁷ proponebantur. In hoc cum tres menses sine
ullis doloribus, præterquam quos ex curatione⁸ capiebat, con-
sumpsisset, subitò tanta⁹ vis morbi in unum intestinum pro-
rupit, ut extremo tempore per lumbos fistula putris eruperit.
Atque hoc prius quàm ei accideret, postquam in dies¹⁰ dolores
accrescere, febremque accessisse sensit, Agrippam generum
ad se accessiri jussit, et cum eo L. Cornelium Balbum, Sex-
tumque Peducæum. Hos ut venisse vidit, in cubitum innixus¹¹
quantam, inquit, curam, diligentiamque in valetudine meá
tuendâ hoc tempore adhibuerim, cum vos testes habeam, nihil
necesse est pluribus verbis commemorare: quibus quoniam,
ut spero, satisfeci, nihilque reliqui¹² feci, quod ad sanandum
me pertineret, reliquum est, ut egomet mihi consulam. Id vos
ignorare nolui. Nam mihi stat¹³ alere¹⁴ morbum desinere.
Namque his diebus quidquid cibi potionisque sumpsi, ita pro-
dixi vitam, ut auxerim dolores sine spe salutis. Quare a vobis

¹Æmulatio, la competencia sobre los intereses de la mayor im-
portancia. ²Obtrectatio tanta, un tan grande empeño en desacred-
itarse por envidia el uno al otro. ³Quantam fuit, como fué preciso
que hubiese.

XXI. ⁴Dignitate, por su mérito, que por su crédito y fortuna.
⁵Nactus est morbum, cayó en una enfermedad. ⁶Tenesmon, cáma-
ras ó pujos de sangre. ⁷Celeria faciliaque, prontos y caseros. ⁸Ex
curatione, cuando le curaban. ⁹Subitò tanta, se le puso de repente
tan malo un intestino, que al fin se le abrió en los riñones una fis-
tula apostemada. ¹⁰In dies, de dia en dia. ¹¹In cubitum innixus,
recoastándose sobre el codo. ¹²Nihilque reliqui, y no he dejado cosa
por hacer. ¹³Mihi stat, estoy firmemente resuelto. ¹⁴Alere, á no
dar mas cebo á mi enfermedad (comiendo y alargando la vida)...

peto primùm, ut consilium probetis meum : deinde, ne frustra dehortando¹ conemini.

XXII. Hac oratione habitâ tantâ constantiâ² vocis atque vultûs, ut non ex vitâ, sed ex domo in domum videretur migrare; cùm quidem Agrippa eum flens atque osculans oraret atque obsecraret, ne ad id, quod natura cogeret, ipse quoque sibi acceleraret, et quoniam tum quoque posset temporibus³ superesse, se sibi suisque reservaret; preces ejus⁴ taciturnâ suâ obstinatione compressit. Sic cùm biduum cibo se abstinisset, subitò febris decessit⁵, leviorque morbus esse cœpit tamen propositum⁶ nihilò secius peregit. Itaque die quinto, postquam id consilium inierat, pridie Kalend.⁷ Aprilis, Cn. Domitio, C. Sosio Coss., decessit. Elatus est in lecticulâ, ut ipse præscripserat, sine ullâ pompâ funeris, comitantibus omnibus bonis, maximâ vulgi⁸ frequentiâ. Sepultus est juxta viam Appiam⁹, ad quintum lapidem, in monumento Q. Cæcili, avunculi sui.

¹ Dehortando, en disuadirme

XXII. ²Tantâ constantiâ, tan entero el semblante y voz. ³Posset temporibus, podia aun vivir algun tiempo mas. ⁴Preces ejus, atajó sus ruegos con un porfiado silencio. ⁵Febris decessit, quedó sin calentura y empezó á mejorarse algo. ⁶Tamen propositum, sin embargo, no por esto dejó de llevar adelante su intento. ⁷Pridie Kal., esto es, el 31 de Marzo. ⁸Maximâ vulgi, y gran concurso de plebeyos. ⁹Juxta viam Appiam, junto á la via Apia (llamada así de Apio Claudio que la hizo).

Elatus est, lleváronle á enterrar en una pequeña litera. Entre los Romanos á los difuntos nobles y acomodados los llevaban á enterrar en litera que conducian seis hombres; pero á los que eran gente ordinaria los llevaban entre cuatro en unas andas.

Ad quintum, á cinco millas de Roma. Acostumbraban los Romanos señalar el numero de millas con una piedra, de donde provino que *ad quintum vel ad decimum lapidem*, significa lo mismo que el espacio de cinco ó diez millas.

ÍNDICE

DE LAS FRASES Y LOCUCIONES

DE CORNELIO NEPOTE.

A

Abalienare totam regionem, levantar toda una provincia.

Abesse a personâ principis, desde-cir de una persona principal.

Abesse a cupiditate pecunie, estar lejos del interes. *À societate sceleris*, de la compañía del delito. *Ab insolentiâ gloria*, de la vanagloria.

Abhorre ab aliorum consilio, ser de contrario parecer de otros.

Absolvere aliquem capitis perdonar á uno la vida.

Accedere propius muros, acercarse á las murallas. *Ad amicitiam alicujus*, hacerse amigo de alguno.

Acquiescere a lassitudine, reposar del cansancio.

Adhibere nullam memoriam contumeliæ, olvidarse de la injuria.

Adire periculum capitis, exponerse á perder la vida.

Administrare bene suam provinciam, cumplir bien con su encargo ó empleo.

Admittere aliquod scelus, cometer alguna maldad.

Adsciscere civitatem, hacerse ciudadano.

Advocare concionem, juntar al pueblo.

Equiparare aliquem labore «

ribus, igualar á alguno en el trabajo, fuerzas.

Afferre manus alicui, poner las manos en alguno. *Vim alicui*, violentarle.

Agere lege, obrar segun ley ó derecho.

Agitare aliquid mente, revolver interiormente ó en el ánimo algo.

Amittere civitatem, perder el derecho de ciudadano. *Oculorum lumina*, perder la vista, ó cegar.

Aperire suos sensus, manifestar sus secretos, ideas ó intencion.

Appetere res majores, aspirar á mayores cosas.

Aptus ad omnes res, bueno para todo.

Ascendere in navem, embarcarse.

Aspergere aliquem infamiâ, hacer formar mal concepto de alguno, ó in famar.

Aspicere in acie, hacer frente.

Attendere animum ad cavendum, atender á su defensa.

Attingere rerum summas, apuntar las cosas, tocarlas ligeramente.

C

Cedere res præter opinionem, succeder algo muy al contrario de como se pensaba.